

Ya  
1414

K 200 3573

Annente DEO!  
**LITERATUM CHEMNITIUM**  
**CHEMNITIUM**

i.e.

*Pernicuosam exundantis CHEMNITII sui nominis*

Amnis eluviem  
 animo spectandam,  
 memoriâ repetendam,

Anno vertente,

**ACTU DECLAMATORIO**

adducturus


die, quo accidit, XX. Junii. M. DC. XCIV,  
 eodem M. DC. XCV.

hor II.X. antimerid  
 honorifico bonæ mentis  
 & vultu & cultu  
 vocat

**M. GODOFRIDUS SCHULZIUS,**

Rector.

E. Chalcographia Staeliana.



12

I. I.

Appropere,  
Providentissimi Bonarum Artium PATRES,  
Solertissimi Bonarum Partium CIVES,  
spectaturi

CHEMNITIO inundans CHEMNITIUM,  
CHEMNITIUMque immersum CHEMNITIO,  
cœlo effluentibus undarum copiis,  
aliisque undarum æstibus ad fines affluentibus!

Tollite vertices!

Fathiscunt ingentes terræ vortices,  
ingemiscunt altæ voragini,  
labascunt mænia,  
indolescunt lapsarum ruinæ ædijum,  
expallescensibus agris, hortis, pratis, campis.

Adeo,

detonante cœlo,  
resonuere terræ,  
circumsonantibus cœlo fulminibus  
terræ fluminibus.  
Sciscitamini causas?

Fluxa fides,  
pietas fluxa,  
fluxior animus

luxuriâ delicate molliterque vivendo diffuens,  
viam patefecere Numini  
iræ in nos effundendæ,

ut

CHEMNITIUM qværamus attoniti ad CHEMNITIUM.

Qui enim  
undas in muros, muros in undas  
convertit  
tantis in urbem se infudit irarum fluctibus,  
ut effluxerit,

qvæ spes' erat animo & lætitia.

Ambiguum certe fecit,  
utrum destruendo devastârit urbem, indevastando destruxerit.  
Sic per nostrum scelus  
cœlum efflevit undas,  
ut urbs innatârit undis, undæ innatârint urbi.

Quem enim fugit,  
ferales undas increscere,  
moribus non decrescentibus efferatis?

Quem præterit,  
tabescere cœli nubes,  
ut hominum alii pereant, alii confirmentur:  
ruere cœlum

ut homines aut obruantur, aut eruantur?

Qvo-

Quousq; ergo,  
Maleferiati,  
Serò fieri vultis supplices, in suppicio tam sero?  
Opposituri forsitan estis  
opus, vallum, mœnia?  
Qui disjecit mœnia,  
dissipavit vallum,  
divulgit opus,  
nec opere, nec vallo, nec mœnibus potest teneri.  
Qvod homines ponunt,  
stolidum est opus, non solidum,  
Divinâ non moniente Providentiâ.  
Qui fluctibus meriti  
emergere laborant feliciter,  
non Babylonias meditentur turres,  
non Semiramidis studeant muris,  
non aggestis vacent aggeribus aggerendis, cumulandis.  
Destruit DEUS,  
qvicquid fiducia sui mortalis  
construit, extruit, adstruit.  
Christianis  
magna inter pericula  
majori scias esse locum salutis.  
Ruinam minitantibus humanis,  
in divinis ac cælestibus nobis spes est ac solatium.  
Qvod si verò minus undæ  
defluant, affluant, superfluant, circumfluant,  
seriæ non serò  
effluent pœnitentiæ lacrymæ,  
& in sinum influant Clementiæ Nominis,  
sic nec diffluet, qvæ saluti sit gratia,  
nec in undas vertetur, qvod remedio sit undis.  
Etenim celsa nobis in cœlo turris est,  
validum in terris propugnaculum,  
firmissima in undis anchora,  
ut, disturbatis tectis,  
domibus complanatis,  
sedibus convulsis,  
proruto vallo,  
urbē deniq; dirutâ, exscissâ,  
flammis & fluctibus vastitatem inducentib;as,  
stabilisimus, forti & magno animo,  
dummodo,  
qvæ largitate in nos se effudit maximâ,  
per nostram non diffluat levitatem  
cœli gratia.  
Macti estote igitur,  
qvibus res tenus hac visa est conclamata.

Frya 1414

Augescente Pietate;  
non languescat DEI in vos ardor,  
neq; corpus ægredescet contagis,  
neq; flammis exurentur ædificia,  
neq; bellis inardescet patria  
neq; in angustiis exardescat pretia  
annonæ vitio contractis,  
Hoc date quæso amori in me Vestro,  
ut illis immergi liceat undis  
qvibus periisse grave,  
nisi periissimus.

Liceat diem celebrare festum,  
funestum quem reddidit clade infestus  
anno superiori DEUS,  
faustus ut sit, qui nos infausto  
afflavit sidere.

Prodibunt ergo,  
qui, pro modulo suo,  
& fœundi flumen ingenii,  
& facundæ lumen orationis,

Inundante CHEMNITIO, CHEMNITII ad Musarum fontes  
profusuri

expedita proment proponentq; memoria

I. Johannes Adamus Fritschius, Lengefeldens. Misn.  
*Perniciosa aquarum exundantium illuviam:*

II. David Gabriel Engel / Chemnicens. Misn.

*Curiosam Causarum, Christianam tamen illuviae pervestigationem;*

III. Christianus Uhle / Röhrsdorffens. Misn.

*Ominosam aquarum inundantium prædictionem;*

IV. Johannes Caspar Rahle / Chemnicens. Misn.

*Fructuosam de reprimendis inundationibus consultationem,*  
brevi addito carmine Eucharistico.

Ut sit autem contractior in dicendo brevitas  
in diffusissimo exundantium aquarum argumento  
trahere satis possit animos & invitare;

harmonico tamen etiam concentu,

*Musicâ COLLEGÆ CLARISSIMI manu adminiculante,*

demulcere conabimur aures,

ut audiendi nobis faciant gratiam,

& bene de nobis existimandi habeant materiam.

Dabitis igitur B. L.

quod effusi amoris argumento sit DEO, PATRIÆ, SCHOLÆ

ut affluentissimus in VOS effusissimi amoris redundet Auvius.



VOMA

261

F. K. 23,38.

Ya  
1414

X 200 3573

Annente DEO!  
**LITERATUM CHEMNITIUM**

*ad*  
**CHEMNITIUM**

i.e.

*Perniciosam exundantis CHEMI*

Amnis eluviem

animo spectante

memoriâ repetere

Anno vertente,

**ACTU DECLAM**

adducturus

die, quo accidit, XX Junii. M.

eodem M. DC. XC

hor IIX. antimerid

honorifico bonæ m

& vultu & cultu

vocat

**M. GODOFRIDUS**

Rector.

E. Chalcographia Stet

